

diabulos omnia symboli nostri credere, cum etiam *per miracula vera convincantur pro fidei articulis facta, quæ a falsis miraculis optime discernant.* Vnde non solum non de istarum rerum creatioe, quæ ipsis posteriores, sed & de sui ipsorum & omnis extra DEVM essentiæ productione ipsis constabit. Ipsos vero, una cum bonis angelis, DEI in creatione administratos extitisse, nullo Scripturæ fundamento gaudet. *Mate. Eph. II, 2. riæ licet præstitutos Patrum plures affirmant, neque hoc ta- VI, 12. men Scriptura probat. Principium aëris, volatilium Cæli, Do- Job. mini muscarum vel stercoris nomina neutiquam extra omne du- XXIIIX, 21. bium Dæmonibus dominium in certas creaturas asserunt. Matth. X. Ex notitia vero finis creationis secundarii, quod visibilia o- 25. XII, 24. mnia in hominis usum sint producta, fundamenta tentationis protoplastorum homicidam videmus petiisse, dum dubitare docuit annon & arbor cognitionis boni & mali ad victum Gen. III, præbendum homini producta fuerit, in eo fallens, quod u- 2. f. sui non esse, quod victui non inserviret, argueret. Eadem Matth. IV. nihilominus fraude secundum Adamum quoque aggressus, 3. neque lapides victum esurienti negare posse asseruit, a DEI præsertim filio facili mutatione acquirendum. Nam, ut scite Irenæus, d) quia in principio per escam non esurienti hominem seduxit transgredi præceptum DEI, in fine esurienti non potuit dissuadere eam quæ a DEO erat sustinere escam, illegitime saltem comparandam.*

- a) *De Civit DEI* XIIIX, 18. b) *in Comment. ad Augustin. de C. D.* IX, 21. c) *In Disp. de fide demonum* Jenæ 1663. habita. p. 19. §. 18. d) *Adv. Hæreses* V, 21.

## §. IX.

Vnde neque PROVIDENTIA DIVINA seu cura rerum *De Provi-* creaturarum, qua singulos actus suos, dæmonibus est incognita. *dentia.* Ipsosque quam maxime attingit hæc doctrina, qua ipsorum libido nocendi quam maxime circumscribitur. PRÆSCIEN- TIAM divinam eo minus ignorant, quandoquidem ejus nonnunquam participes redduntur, ipsimet in colloquium DEI cum bonis angelis (a) admissi. Illustre est exemplum reficti *1. Sam.* ex orco Samuelis, Sauli futura prædicentis. Nec enim ab *XXVIII,* abomi. 19.